



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Ad Evangelium Feriæ. Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus,
dic nobis palam, &c. De ovibus Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

L. 2. Confess. 2. illius non est sanitas: Id est, non potest ita sana-
ri, quin temp[us] sanaci possit perfectius, a-
lendo & gemendo propter ea non tam timore
p[ro]m[on]ta quam amore Dei, sicut de se ait sanctus
Augustinus, Amore amoris tui facio istud, re-
colens vias meas nequissimas in amaritudine re-
ognitionis meae, ut dulcificat mihi dulcedo non
fallax, dulcedo fœlix & secura.

Arque ut id ipsum unusquisque constanter
L. de vera observeret, sic idem alibi: Nunquam credit su-
& falsa] ficeret, semper coram Domino, ante quem pecca-
p[ro]m[on]ta: dolorem cum vita finiat: ubi dolor
finitur, deficit p[ro]m[on]ta: ubi deficit p[ro]m[on]ta,

& ibi venia. Vade & jam noli peccare: hoc est
p[ro]m[on]ta: Hinc ergo semper doleat, & de dolore
gaudeat, & non semper doluisse dolet. O quale
gaudium sic semper posse dolere; sic verè pos-
se dicere cum Psalmista, Defecit in dolore vi. Ps. 30.
ta men, & anni mei in gemutibus. Fœlices
gemutus, in quibus anni deficiunt: fœlices
anni qui nonnulli deficiunt in dolore & in ge-
mitibus.

Vide in 1. parte, Feria 3. hebdomada 4.
post Epiphaniam, de rationabili solitudine
pro peccatis remissis.

PRO EADEM FERIA QVADRAGESIMALI.

Ad Evangelium, Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Re-
spondit eis Iesus, loquor vobis & non creditis. Ioan. 10.

Qui cum affectu incomposito Deum consu-
lit, non Deum, sed Deo consulit.

Quasi vellet Deum sibi solum placentia re-
spondere. In hac 2. parte, Feria 4. Pentecostes.

YOS non creditis, quia non es ex omnibus meis.
Quæ causa est, cur pauci salvi sint, hæc in te
causa est, cur ex illis forte non sis.

In hac 2. parte, Dominica Septuag. Vide & in
3. die 25. Iunii.

OVES mea vocem meam audiunt: & ego cognos-
co eas, & sequuntur me.
Sicut discursum mentis statim sequi debet

affectus, ita & effectum effectus.
In 1. parte, die 29. Decembris.

Tantum abest, quod, qui sunt verè liberi,
non se subjiciant: ut non sint aliter verè
liberi, nisi se subjiciant.

In 4. parte, Sabbato hebdomada 15.

Sicut Imaginem aut faciem Christi, sic ejus
vocem fidelis anima reveretur.

In 4. parte, Sabbato hebdomada 21. que pene
tota est de hac similitudine pastoris & ovium,
ex eisdem Christi verbis.

FERIA QUINTA. QVATVOR DIMENSIONES CHRISTI Crucis & nostra.

Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvaria locus. Matth. 27.

Huius rei gratia, flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut possitis com-
prehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & pro-
fundum. Ephes. 3.

VERITAS